tros audisti. Nunc ad sacratissimos apices audaci ac
cedis. quasi non sufficiunt ea que argumentatoribus didicisti.
Expers te reputas non credendo. sed disseminando xpianis
hominibus erudiri. Aurelianus imperator dix. Artifi
cio falso quam malicia tua est. non in seductiones uanas et as
tucias. sed ueritate dic. Non enim ante iudicem quemcumque
sed ante eum loqueris cuius potentia totus expers est mundus.
Cassius dix. Noli de potentia tua gloriari. propter eo enim
ut desinat posse qui in sua potestate gloriatur. Au
relianus imperator dix. Ideo permitteris loqui miserrime.
quia uariis tormentorum generibus anima tua extorquen
da est. Ca Cassius dix. Nihil nouum facturus es.
Quis enim innocens manus tuas euasit. Nulli uiuunt qui ne
gauerunt se esse seruos xpi. Ego autem quia scio me eius seruum
esse et certus sum numquam me meum dominum negaturum. necesse
erit ut aut inficiar sicut et omnes qui sequuntur mei. quibus sua
ne fuit magis sanguinem fundere. quam bone seruitutis
amittere libertatem. Aurelianus imperator dix. Dixeram.
idem repeto. censeant uerba tua. que uerba. que tempo praesto sunt
Cassius dix. Non timebo uerba. que tempore tran
seunt. et inter mores finem inueniunt. Sed illas penas
timeo. que xpm dominum esse negantes expectant. Au
relianus imperator dix. Doce ergo me quem te interro
gam. ut cum mihi secreta uestra manifestaueris. duc tu ra
tione. Credam et ego deo tuo. Cassius dix. Cum diabo
lus temptaret dominum panes ab eo fieri ex lapidibus persua

Hambg UB. theol. 1727 4°

Hamburg UB.
theol. 1727 4°
p. 536

stancia insulę istius secum tollat. At illi omnes res
ponderunt dicentes. Absit pater ut furtum aliquod
iter nostrum uiolet. Tunc sanctus uir dixit. Ecce frater noster
quem heri predixi uobis. habet frenum argenteum
in sinu suo. quod in hac nocte sibi diabolus tradi
dit. Cum hęc audisset predictus frater. iactauit frenum
de sinu suo. & cecidit ante pedes uiri dei dicens.
Pater. peccaui ignosce. ora pro anima mea ne pereat.
Confestim omnes simul prosternebant se. deprecantes
dominum pro anima fratris. Surgentesque fratres a terra. eleua
toque fratre a predicto sancto patre. ecce uiderunt aethio
pem paruulum sallire de sinu suo. ululantem
uoce magna ac dicentem. Cur me uir dei iactas
de mea habitacione in qua habitaui .vii. annos.
et facis me alienari ab hereditate mea. Sanctus bren
danus ad hanc uocem dixit. In nomine domini nostri
ihesu christi precipio tibi. ut nullum hominem leseris.
usque ad diem iudicii. Iterum reuersus uir dei ad predic
tum fratrem ait. Sume corpus et sanguinem domini.
quia anima tua modo egredietur de corpore.
hic enim habes locum sepulturę tuę. Frater uero tuus qui
uenit tecum de monasterio nostro in inferno habet
locum sepulturę. Itaque accepta eucharistia anima
fratris egressa est de corpore. suscepta ab angelis